

Acta visitationis decanalis in districtu Elekiensi peractae Anno 1778

[...]

De iis, de quibus parochus circa parochianos interrrogandus?

[...]

Hereticae personae reperiuntur in Gyrok; ubi degunt familiae 32 jurisdictioni parochi catholici subjectae. Borosjenoviensis vero parochus habet unam integram filialem, quae praeter unum par catholicum meri inhabitant lutherani, qui et ipsi tamern (ut ut ministrum habentes) parochi subjacent. Hujus enim possessionis nomine Apatelek, minister suae sectae homines propria autoritate dereliquerat, unde factum, ut ab e[cclesiae] consilio iidem parochi Borosjenoviensi subjicerentur, prout acclusae literae s[pectabilis] domini vice-comitis indubie perhibent: ast praedecessor moderni parochi defunctus, non satis sedule cum jus suum prosequeretur, praedicans Apathelekiensis post aliquod tempus iterum redirens, funginosus officio caepit, juraque parochialia sibi vindicare praesumpsit. Idipsum audiens I[n]clyti Comitatus Aradiensis episcopo pie defuncto rem detulit, a quo jus facienda inquisitione anno 1773 exmissus inveni reipsa usum juris parochialis a longiori tempore penes parochum catholicum Borosjenoviensem fuisse, prouti et acta inquisitionis ejusdem, indubie intra scripta srchivi reposita perhibebunt. Facta vero circa hoc ipsum investigatione, in hac visitatione intellexi, modernum praedicantem propria autoritate sepelire, stolam ver jus copulationibus et baptismatibus dumtaxat submittere, quin nomina matriculae inferenda suppeditet: ne igitur sensim ulterius (studio revendicandi juris quondam habiti) praedicans serpat, et plura semper usurpat, idipsum illustrati repraesento.

[...]

Elekini die 17. Julii [1]778.

Clientum infimus indignissimus Adamus Saur mp.